



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IX. Arcani iudicii memoriam jugiter instaurandam, seu reddendæ
rationis nunquam obliuiscendum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

blicanum dicere (Deus propitius esto mihi peccatori) nihil mihi est: sed sapientissimum regem Deoque charissimum precari (ne in furore tuo arguas me) hoc grande mirum est.

Job. c. 13.
v. 25.

Altum ingemiscens Jobus: Contra folium, inquit, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Quid est homo? In paradiso fuit arbor, in tentatione folium, jam stipula est post lapsum. Nilominus Juxta supremum dignum ducit super hujusmodi aperire oculos suos, & adducere eum secum in iudicium.

Job. c. 14.
v. 2.

§. I II.

Deus omnes sine sexus, aut dignitatis ratione adducit. Sap. c. 6.
v. 9. & 8.

Sic autem in iudicium adducit, ut nullam ætatis, sexus, ordinis, dignitatis rationem habeat senes, juvenes, viros, mulieres, pauperes, divites, summos, infimos eadem examinis censurâ stringat. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior inflat cruciatio: quoniam iudicium durissimum in his qui presunt, fiet.

Deut. c. 10.
v. 17.

Quod Sapientia evulgar orbi, hoc Moses jam olim proclamans: Dominus Deus vestester, inquit, ipse est Deus Deorum, & Dominus Dominantium, Deus magnus & potens, & terribilis, & qui personam non accipit, nec munera. Sicut panni negotiator eadem ulnâ & holosericum & sabanum metitur, ita Deus servum & dominum ad idem trahit iudicium: Baronibus, Comitibus, Principibus, Ducibus, Regibus, Imperatoribus non molliorem se præbet, quam rusticorum aut mendicorum infimis, eadem scilicet ulnâ, pannum villosum, linum crudum, & pannum aureum metitur.

Lib. 2. Mirac. c. 1.

Rem insolitam & multis retro sæculis inauditam narrat Cluniacensis Abbas Petrus de Mariscōne Comite. Hic multa flagitiose peccavit, & divini iudicii oblitus, nec Deum verebatur, nec homines, seipso in dies deterior. Nec spes emendationis allucebat ulla.

Sap. c. 6. v. 6

Minatur quidem æterna sapientia: Horrendum est citò apparet vobis. Minatur Paulus: Horrendum esse incidere in manus Dei viventis. Minatur ipse Christus: Nisi penitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sed minis hi tales non terrentur. Vini ergo sentiant & supplicia, qui monitis ac minis nolunt corrigi. Ita in hunc Comitem ab ira numinis animadversum est.

Heb. c. 10.
v. 31.
Luc. c. 13.
v. 3. & 5.

Mariscōni Comitis miserabilis mors.

Cum enim solenni die Mariscōne in suo palatio confedisset, hominibus diversi ordinis adstantibus, repente ignotus eques audacissimè ingressus, ad ipsum pervenit, quem etiam ad secretius colloquium evocans, sequi se non rogavit, sed imperavit. Comes occultâ vi tractus surrexit, & volens nolens ad domum secutus est. Hic equum jam paratum iussus ascendere, non potuit non parere. Vix equi habenas comprehendit, & continuo in aërem unâ cum altero equite abreptus est. Hic Comes vociferari & ejulatu miserabili totam urbem ad invisum spectaculum excire. Concursum est undique. Plurimi notissimum Comitem equo parâuras avehi, dum oculorum acies sequi potuit, attoniti spectant. Clamabat quidem Comes: Succurrit civis, succurrite. Sed jam frustra hæc. Sat diu expectavit iudex; voluit demum moras omnes abrupti. O miserum, ter miserum, quem talis equus abreptus ad tribunal. Hic nemo non dixerit: Horrendum esse incidere in manus Dei viventis. Nec Comitum galeas, nec Præsulum tiaras, nec Pontificum mitras hic iudex respicit.

Tilmannus Bredenbachius l. 8. sacrar. collat. c. 12. Gualteri misera mors.

Non absumile quid bonæ fidei scriptor commemorans: Vir nobilis, inquit, Gualterus de Mere unus aliquis è Caroli V. Caesaris aulico famulitio, ad partes Boreales Islandiam versus navigans, ex adverso navim magno impetu ferri, & in puppi tetrum monstrum, æthiopem nigrissimum pro navarcho considerare vidit.

A Gualteri nauta pro more acclamans, quid mercium vendarent? quove tenderent, quæsit. Cui Navarchus ater respondit: Archiepiscopum vehimus (nomini paritur) & ad montem Heclam tendimus. Mons est assiduus incendiis, perinde ut Ethna, terribilis. Hoc ubi Gualterus audiit, totus contremuit, & vitæ rationes secum subducere orsus, quamprimum Leidam appulit, in religiosam divi Francisci familiam se dicavit, ut rerum humanarum curâ solutus Deo liberius operaretur, magistrum sui tirocinii habuit Guilielmum Delphensem, qui hæc domi præ, inquit scriptor, multis honestissimis viris presentibus exactè narravit.

Quemadmodum Comes equo, ita hic Archiepiscopus navigio ad subeundum iudicium abreptus est. Onimium infelices! Qui quasi de industriâ recesserunt ab eo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt. Et addens Jobus: Non sunt tenebre, inquit, & non est umbra mortis, ut Job. c. 34. abscondantur ibi qui operantur iniquitatem. Novit enim opera eorum, & idcirco inducet noctem & conterentur, subito morientur, & in mediâ nocte turbabuntur. Opus hominis reddet ei, & juxta vias singulorum restituet eis.

Non enim est acceptio personarum apud Deum. Nimirum relam crassam & subilem, rusticam & Coam eadem ulnâ metitur Deus: Jus idem regibus, mendicis, Imperatoribus reddit.

Refert beatus Gregorius ad insulam Liparim solitarii magnæ virtutis & nominis, uni ex iis, qui illuc appulissent, dixisse: Scitis, quia rex Theodoricus mortuus est? Huic illi protinus responderunt. Absit: Certe cum abiremus, in vivis etiamnum erat, nec ejusmodi sermonis quidquam ad nos perlatum. Quibus ille: Ut dixi, jam mortuus est. Nam die hæsterno horâ nonâ inter Joannem Pontificem & Symmachum Patrium discinctus & exalceatus, vincis post tergum manibus raptus, & in vicinam hanc Vulcani ollam præcipitatus est. His illi auditis, cum curâ diem in tabulas retulerunt. Jamque in Italiam reversi, eo prorsus die Theodoricum esse mortuum compererunt, quem vir ille solitarius significarat. Nec vanum hoc visum fuit. Etenim Theodoricus Joannem Pontificem in carcere necavit, Symmachum Patrium ferro trucidavit. Non injuriâ ab isdem in ignem mitti visus est, in quos tam iniquus iudex sævit. Sed invenit superiorem se iudicem, qui nunc quidem, ut Job loquitur, per caliginem iudicat: Sed mane iudicium suum dabit in lucem.

CAPVT IX.

Arcani Iudicii memoriam jugiter instaurandam, seu, Reddendæ rationis nunquam obliviscendum esse.

§. I.

Avrem pervellat assidue tremenda eaque ultima iudicis sententia, quæ aut in ignem æternum mittet, aut æternæ vitæ transcribet. Nihil dici, sed nec cogitari quidquam horribilius potest, quam tonitru illud & fulmen nimis quàm metuendum: Recede à me maledicte in ignem æternum. Vox ferrea, vox adamantina, vox iustissimi furoris plena.

Ajunt in Scythia & Mæoticis regionibus, tonitru tam ingenti fragore fieri, ut quâdoque hominem exanimet pavore. Nisi animus humanus immortalis esset, divinæ vocis tonitru jugalaretur. Princeps Apostolorum Petrus Ananiam & Saphiram conjugem terræ alijst pauculis vocibus fulminatos: Obstupescens id Gregorius: Petrus, inquit, utrique conjugi vitam abstulit arguendo, qui Tabitha vitam reddidit orando. Senensis virgo Catharina,

Tribunal Christi. Liber II. Cap. IX.

139

Catharina, quod temporis aliquid non optimè collocasset, arcanà castigatione à beato Paulo sic reprehensa dicitur, ut maluisse coram orbe universo pueri fieri, quam iudicio tam acerbo coargui.

Ter. 2. Dominica I. in phael de Columbâ Philippum II. Hispaniarum Regem, cum rei divinæ interesset, duos à suis magnatibus sibi vicinos familiariter inter se fabulantes audisse, & dissimulasse: Rediuntem verò in conclave, illos ipsos atroci vultu notasse ac dixisse: Vos in conspectum meum non amplius venite. Ita illos hæc sola voces perturbavit, ut alter mæore sensim contabuerit, alter cupido & attornito similis in omnem vitam manserit.

Itane verò vox humana hominem non summi flagitii sibi conscium sic fulminet? quis pavor, dolor, terror incutitur reo, cum non rex Hispaniarum, sed rex cæli, ac terræ terrificum illud pronuntiabit: Recede maledicte, ne amplius in conspectum meum te da, in ignes æternos abi.

Tantum potuit vox Petri, vox Pauli, tantum vox regis Philippi, quantum poterit vox iudicis Christi? Geminae voces (Ego sum) Christi iudicandi tot militum centurias in olivario clivo prostraverunt: quid facient Christi iudicaturi? Si tam terribilis fuit vox agni, quantum terribit vox leonis? *Leo rugiet, qui non timebit? Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum.* E veterum monumentis & ipsa experientia compertum est, leonem nonnunquam velut dormientem, aut mortuum jacere, dum in arca vel campo insidias simulato somno struit, dum aviculæ complures congregentur. Subito insidiator iste horrendum rugit, quo quidem rugitu sic exterrit aviculæ, ut velut capte hæreant. Hic accurrens Leo quidquid minoris ejusmodi prædæ reperit, injectis unguibus præfocat.

Dormit aliquando tempore, aut potius dormire se simulat Leo de tribu Juda. Cavete aviculæ, attendite homines, repente hic Leo rugiet, & vos cadetis. *Intelligite hæc qui obliviscimini Deum; ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.*

§. II.

Intellexit hæc Jobus, & Deum nequaquam oblitus est. Nam jugi memoriâ hoc sibi iudicium ante oculos statuens: *Quis mihi ait, hoc tribuit ut in inferno protegass me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei.* Malo ad inferos descendere, quam irati iudicis vultum sustinere. Quantum igitur morbus, quantum hoc malum cui pro medicinâ & refrigerio sit infernus ipse? *Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua.*

Narrat Climacus in quodam Asiæ cœnobio discipulum commissum viro religioso homini miti prorsus ac placido. Observavit discipulus se à sene nonnihil honorari, nec ullis molestis laboribus exerceri, quod aliquibus periculosum fuisse non nesciit, cumque etiam suâ sponte avidus esset multa patiendi, hoc prudenter exco- gitavit; veniam à sene petiit aliò migrandi. Non negata est. Commendatitris à magistro litteris acceptis in quoddam Positi cœnodium profectus est. Primâ nocte, quam illic egit, somnium ei tale oblatum. Erant qui ab ipso rationes exigenter, è quibus demum intellexit se centum auri libras debere. Experrectus, & quid secundum quietem vidisset, apud animum suum revolvens: Antioche (ajebat ipse sibi) grandi arte alieno sumus oppressi, multa nomina restant expungenda. Ita triennium in eo cœnobio permansit officii sui sedulus, omnibus obtemperans, modestiæ ac submissiõis cultor eximius, & quamvis à plerisque omnibus, ut homo ignotus ac peregrinus contemneretur, injuriis etiam afficeretur, hæc tamen illi omnia constanti patientiâ con-

A coxit. Exacto triennio per quietem denuo vidit hominem, qui rationum tabulas monstravit, & in iis decem libras auri deletas. Expergefactus secum ipse dixit, non totum æs alienum, sed decem tantummodo libras dissolvisti ecquando reliquum tolles? Antioche majori labore ac conatu est opus. Ardentius est agendum, & patiendum. Ab eo tempore amentem ac fatuum se simulare cœpit, nec tamen quidquam officii sui omisit. Hinc factum ut quidquid molesti & infulli laboris esses toto cœnobio, in unum Antiochum devolveretur: omnium sensus erat, hæc homine bardo non indigna. Sed nihil nimis difficile Antiocho visum est. Ita tredecim annos industriâ incredibili exegit. Rursus autem in somnis exactores illos vidit, qui omnia nomina centum librarum expuncta ostenderunt. Quod ille in suum usum sic traxit, ut quotiescunque graviore labore, aut novis injuriis exagitaretur, ipse sibi diceret: Antioche, memento debiti.

B Ad hunc planè modum quotidie seipsum quisque commonefaciat: Heus Paule, aut Andree, aut Petre &c. Memento iudicii: grandis debitor es, & quidem confessi nominis; centum millia talentorum debes, rationes brevi exigentur: Incertissimum est quo anno, quo die, quâ horâ actionum tuarum omnium rationem à te accepturus sit iudex. Ergo memento iudicii, memento.

Thalleleus Cilix, quod notatu dignissimum, annis sexaginta, quos in divinis serviciis egit, assidue flevit, nec unquam visus est, quin lacrymarum fonticuli ex ipsius oculis defluerent. Ut autem ejus rei causam redderet illud semper in ore habuit: Tempus hoc nobis ad penitentiam indultum est, & rationes valde severas postulat iudex, si illud neglexerimus.

Hoc sciamus, quod Moises animis fideliter instillans: *Dei perfecta sunt opera, inquit, & omnes via ejus iudicia. Deus fidelis, & absque ulla iniquitate, iustus & rectus. Quocunque vertas oculos, acquissimam Dei libram conspicies.*

Quidquid Deus operatur, ad rectissimam iudicii normam operatur. Siquidem omnia ad exactissimam libellam jam ab æterno ponderavit. Quod Salomon pronuntiavit: *Pondus, inquit, & statera iudicia Domini, nec capillo vel unico exerrantia. Quia Deus iudicii Dominus.* Omnes viæ ejus iudicia. Ut horum nos ulla unquam teneat oblivio, nos ipsos identidem extimulemus hoc brevi monito: Memento iudicii. Deum autem id maxime velle, ut futuri iudicii semper memores vivamus, paragræpho sequenti ostendemus.

§. III.

IN sacris voluminibus post librum Iudicum subjunguntur libri Regum. Non errabimus si istud etiam in mysterium assignemus: Iudicium attentè ac seriò consideratum Christianos eo evehit, ut morte obitâ, & iudicio superato reges efficiantur cæli. Ergo quisquis es, memento iudicii.

Sunt qui observent tam in exordio bibliorum, quam epilogo ac fine, mentionem injicit de iudicio, veluti de re summi momenti à quâ initium sumere, & in quam definire debeant divini codices. Liber Genesis sic oritur: *In principio creavit Elohim cælum & terram.* Hebræa vox ista quâ Moises usus, non Deum Creatorem tantum, sed iudicem, inspectorem, vindicem designat. Ut sciant homines eundem esse Conditorum Mundi & Iudicem voce Elohim, qui sicut mundum creavit, ita & iudicabit. Ut sciant etiam ab eo universa in lance iustissimâ esse disposita. Porro sacrorum voluminum finem Apocalypsis liber in hæc verba consignat: *Etiā venio cito. Amen. Veni Domine Iesu.* Hic clarissimè humanæ gentis arbiter iudex adventum suum iudicium prædicat: Et verò etiam à securâ conscientia invitatur ut veniat. Veniet & non tardabit. Memento iudicii.

M 4

In

In Psalmis vates regius creberrimam facit mentionem divini iudicii. Ejusdem in Psalmo primo & penultimo monetur: Non resurgent impij in judicio. Dixerat Psalmista initio sacri carminis , Iustos non abire in consilio impiorum; sed subneceſcit, Impios non reſurgere in judicio juſtorum. Hoc ſenſu, longe aliud fore judicium juſti & aliud impij. Sic etiam ſub finem psalmorum : Gladii ancipites, inquit, in manibus eorum, ut faciant in eis judicium conſcriptum judicium decretum, fixum, fixum, jam olim ſcriptum, & velut columnæ inciſum, ut nequeat immutari. Ergo memento judici.

A est &

brae
dus
can-
co r
dex
cru
cū
po
no
ad

tari. Ego memento iudici.

Narrat Alexandrum magnum Diogeni Cynico adstantem quævisse ab eo: Dic sodes, Philosopho, num me times? Cui Diogenes: Es ne bonus, inquit, an malus? Bonus respondit. Quis, igitur, inquit philosophus, timer bonum? Hic iterum respondendi potuisset philosopho: Malus homo bonum regem timere potest & debet. Id è sacris voluminibus Christiani norunt. Paulus in suis epistolis: Vis, inquit, non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illi. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Qui nihili facinoris putat, quod oculis apprehendi possit, securus est à iudice homine, non item à iudice Deo, qui non solum oculis patentia, sed mentis abstrusissima quæque iudicat. Hinc vociferatur David: Ab oculis meis munda me. Latent nonnunquam in homine cupiditates & affectus pravi, sed oculisissimi, quos ille sibi periculosos non censet. Deo aliud iudicante.

Oculus
divini Ju-
dicii ti-
mendus.

Cum pictor imaginem à se factam proponit ipe-
ctandam, vulgi iudicium non meretur, sed artificum, &
hominum in tribus censendis peritorum: Ita sanctissi-
mi quique humanis iudiciis non terrentur, oculum Dei
censoriorum formidant, qui sæpe quod hominibus bo-
num, iustum, sanctum videtur, damnat ut malum. Vi-
detur quis acervum farinæ candidum, quem purum & ab
omni fursure purgatum iudicat, sed cum ad criticum fa-
rinarium farina examinatur, tres facile vel quatuor pu-
gilli fursuris excutuntur: ita plurima prorsus humanis
iudiciis approbantur ut recta & sancta, quæ ubi iudicii
divini cribrum subtilissimum examinaverit, mixtura
fursuris detegitur.

Est aurum quod obryzum, quod purum putum cen-
seas, sed explorandum trade aurifici, qui ubi ad corticu-
lam illud examinaverit, mistum & impurum, aut falsum
& adulterinum pronuntiabit. Quot actionibus huma-
nis dignitatem auri attribuimus, quæ Christi iudicis co-
ticula ut plumbum damnabit.

§. IV.

Filius Davidis Regis, Salomon, Ecclesiasten scriptor
agens idem hoc ipsissimum mysterium luculenter
docet, & concionatores inuit, quâ ratione dicendi
principium & finem à Dei iudicio, seu ferum novissimis
petant. Eam ob causam hic illi exorsus est: *Vanitas vani-
tatum & omnia vanitas.* Nihil hic stabile, suis quæque
spatiis transcurrunt & transvolant. Cùm homo multis
seculis annis variè fatigaverit, cùm destruxerit, ædificave-
rit in negotiis multiplicibus defudaverit, ipsam etiam
mortem subjerit: quid restat? Iudicium. Ad hunc de-
mum scopulum navis nostra impingit. Idem verò Ec-
clesiastes libro suo hunc apponit epilogum: *Et cuncta quæ
sunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum
siue malum sit.* Quid oro, Ecclesiastes his verbis omnino
ulcimis monet, nisi hoc ipsum: Memento iudicii.

Nec alia Edicte videlicet scriptor portiones multas
 sula insignivit, quam hac: *Ludent enim in porta opera eius.*
 fulta verbanè plane altima scriptoris faci, quibus aliè hu-
 manas actiones ablegat ad Judicium. Nam judicia
 olim ad portus exercebantur. Et quoties Jobus judica-
 riam hac campanam pulsavit? Quam articulè mo-
 nit: *Fuisset à facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius*

A est & scitote esse judicium. Ergo memento judicii.

est & scitote esse iudicium. Ergo memento iudicii.
Christus ipse jam morti proximus in amplissimo He-
braeorum Pontificum senatu et si victus, et si iudican-
dus, et si crucifigendus, iudicii tamen memoriam refici-
ens, et ipsum iudicem velut digito commotrans: *Di-* Math. cap.
co vobis, inquit, amodo videbitis filium hominis sedentem a d. 26. v. 64.
dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Jam in
crucem sublati iudicii tamen formam representavit,
cum latronum alteri paradisum eum ipso die habitandum
pollicitus, alterum ultro in abyssum ruere volentem
non revocavit: quod quidē occulto tunc iudicio, & oves
ad dextram, & hōes ad sinistram statuendos oculis
subiecit. Cum superatā jam morte redīvivus calum re-
pereret Salvator, discipulis eum, dum liciit, prosequen-
tibus fixā oculorum acie, en duo ē calo candidati ephē-
bi, plam turbam alloquentes: *Viri Galilei, ajunt, quid vobis* AA. c. 1.
statis afficientes in calum? Hic Iesus qui assumptus est a vobis v. 11.
in calum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in
calum. Sic veniet, eum eodem corpore & animo, cum
eādem majestate ac gloriā spectabilis, cum iisdem vul-
nerum notis, eodem gemino comitatu hominum &
Angelorum, supra hunc eundem Olivarum montem
descendet, vobis gaudio ac solatio, aliis terrori & sup-
plicio. Sic veniet. Ergo venturum cogita, & iudicii me-
mento.

Hoc nobis omnes è tumulis defuncti occinunt , qui-
vis mortuorum clamat: Memor esto iudicii mei: si enim eris
Ecclesiæ, 3, 23.
Cujusnam? Tuum Cæsar; tuum Princeps;
tuum Carole, tuum Philippe, tuum Marce; tuum homo
qui vivis.

Refert Clemens Romanus B. Petrum dictitasse:
 Quis peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei ju-
 dicio ponat; Gregorius Nazianzenus ad Eusebium
 judicem multa sibi familiaritate conjunctum scribens: In
 summa, inquit, o judex futurum scito, ut judiceris, & minus
 peccabis.

§. V.

MOris est in hominum religionum domibus, ut antequam noctu post cenam ad quietem se reciperent, examen conscientiae præmittant, si eorum forte aliquem ea nocte ex improviso mori contingeret, rationes ille cum Deo compolitas haberet. Ad istud autem quotidianum conscientiae examen ære campanæ signum datur, ut omnes eodem tempore horæ partem in eo faciendo collocent. Fuit ut post cenam ante somnum daretur ex more signum ad Examen conscientiae & eodem omnino temporis puncto et religiosa familia unus moretur, quod domesticorum aliquis singulariter observans: Huic Patri, aiebat, pullatum est ad examen. Verè sic fuit. Nam eo ipso tempore ad Christi Tribunal ductus, & iudicatus sententiam audiit æternam non mutandam.

Revera quod in morte sit iudicium, plus quam mors ipsa formidandum est. Sed nos illud ideo plerumque non formidamus, & etiam obliviscimur, quia remotionem credimus. Hanc causam dilucidissime assignans Ecclesiastes: *Etenim, ais, quoniam non profuerit cito contra malos sententia, abique timore ullo filii hominum perpetrari mala. Nimium quia valde distant, ab oculis parva iudicantur, etiam si sint maxima: sic stellae oculi minutos etiam minimas decies octies terrarum globo majores esse demonstraret. Ita Tribunal Christi, velut remotum acie obtusa cernimus, & in diem securi vivimus. Veneramus scire, quia prope est, in januis est, Veniens veniet dies tuus, & non tardabit. Dies hodierna parcat crastina fortassis te abripiet, & tuo te iudici fiserit. Nunquam non paratus esto.*

quam non paratus esto.

Ad Egidium beati Francisci socium duo purpurati
 Patres reverserunt. Sermo inter eos, ut fieri amat, varius
 fuit.

Tribunal Christi. Liber II. Caput IX.

141

fuit. Ad colloqui finem, duo illi Præsules pro se quisque impensius rogant: Mi frater Agidi, Deo nos tuis precibus commenda. Quibus ille exemplo, uti erat vir festiva libertatis: Vos o mei domini, precibus meis non indigetis. Illi insolentiam dicti mirabantur, & causam etiam rogabant: His Agidius: Vos, inquit, vitam pinguis sacerdotis & inter varias voluptates agitis, & celum vobis nihilominus ut certis promittitis; ego inter miseras continuas formido afflictor: Non parit iudex, qui iudicat etiam iustitias. Sauciavit animos hoc dictum salubri vulnere, & aquam oculis excivit. Memento igitur iudicii quod Principes, Reges, Imperatores citat, & inter reos collocat.

Referunt rerum Anglicarum scriptores, Guilielmum Anglie Regem misero fati genere obisse. Hic quidem Catholicus princeps, sed in præsules ac sacerdotes parum æquus. Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum jam renno exulem inique afflixerat. Nec defuit ultrix è celo manus. Nam rex celestis ire signis ac prodigiis crebrioribus de iudicio vicino monitus, dum in venatu est, sagittâ in cervum emissâ læsus occubuit. Hunc beatus Hugo Cluniacensis Abbas ad Tribunal Christi Domini triduo ante accusatum, iudicatum, condemnatum vidit. Et verò etiam ejus rei certior fecit Anselmum, iussitque bono esse animo, iudicem brevi pronuntiatum, utra pars causâ niteretur, meliori. Ergo quidquid agas, memento iudicii.

Inter monitores Chrysostomus etiam Lethargum nostrum excitans: Si dormientes nos, inquit, dies ille deprehenderit, mors simul excipiet immortalis. Non minus monitorem agens Angustinus: Quamvis, inquit, insana gaudia non sint gaudia, jactantia divitiarum, tumor honorum, vorago popularum, immunditia fornicationum, &c. auferunt omnia ista una fabricula, & adhuc viventibus totam salutem beatitudinem subtrahit, remanet inanis & sœcia conscientia, Dominum sensura iudicem, quem noluit habere custodem, & inventura asperum Dominum, quem dulcem Patrem querere & amare contempsit. Tu autem, quia veram requiem, quæ post hanc vitam Christianis promittitur, quæris, etiam hic eam, inter amarissimas vite hujus molestias, suam jucundam gustabis, si ejus, qui eam promittit, præcepta dilexeris. Circumspice senties dulciores esse iustitie fructus, quam iniquitatis, & verius atque jucundius gaudere hominem de bonâ conscientia inter molestias, quam de malâ inter delicias. Porro conscientiam malam, nihil magis terret, quam imminens iudicium. Memento iudicii.

Ejusdem memoriam Gregorius instillans, & homines probos in exemplum statuens: Contemplantur, inquit, quam districtus iudex veniat, qui dum vi immense magnitudinis cordium secreta illuminat, omnes ante oculos culpas reducit. Perpendant qui post confusionem cruciatu maneat, cum & reatus animum immortally morientem, & indefinenter deficientem carnem gehenna consumat. Ubi mors sine morte, defectus sine defectu, finis sine fine, quando ibi mors immortalis, defectus indeficiens, & finis est infinitus.

Jam olim minatur Deus: Cum arripuerit iudicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis. O Domine, quam tui te hostes non norunt! quam malitiosè potentiam tuam ignorant! sed cognoscetur Dominus iudicia faciens.

Docet nos quotidie Tutelaris Angelus inferorum præcipita cavere, iter ad cælum intendere, irati iudicis vultum timere. Hæc multis inania sunt monita; nec illi ad præceptis recedunt, nec iter ad cælum eligunt, nec iudicem venturum metuant: Non monitores Angelos audire, non Angelorum Dominum, nosse volunt. Perge insani: Cognoscetur Dominus iudicia faciens: Nimirum quod Salomon prædixit: Viri mali non cogitant iudicium; qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia. Qui sollicitus cum Deo suo ambulat, quotidie

Angelus tutelaris quæ nos vocat.

Prov. c. 28. v. 5.

A voces illas ingeminas: Dicam Deo, noli me condemnare. Job v. 10. Jam dicam, hodie dicam, hac ipsâ horâ dicam, idque v. 2. millies iterumque millies repetam: Noli me condemnare. O iudex aequissimè! Et nunquid eodem Jobo teste, qui non amat iudicium, sanari potest. Tu ergo tuum ama iudicem, & memento iudicii. Magna peccati pœna est, futuri iudicii memoriam perdidisse.

CAPVT X.

EPILOGVS DICTORVM

utroque libro.

Hæcenus ego tecum, mi optime Lector, Tribunal Christi contemplatus sum eo ipso anno, quo Germania bellis maximè arsit. Undique litui & tubæ infremuerunt. Quid nisi bella, & opiniones bellorum, quod Christus monuit, audivimus? sed opiniones magnam partem incertas, dubias, falsas. At fuerint certissimæ omnes, cur tantopere fortunis nostris & corpori metuiamus? Moriendum est. Scindatur aut rumpatur pellis, tundatur ferreis Anaxarchus malleis, suam nec in mortario libertatem perdet; Theodorus humi, an sublime putrescat, Theodori nihil interest. Sed inquires, nimirum tunc fortes sumus, cum extra teli jactum agimus: Tu si inter hostes sis, aliter sentias.

Ego, mi Lector, ita vivere conatus sum hæcenus, ut nemini metuendus, nemini hostis, neminem vel minimum turbarem aut quam laderem, hostiliter in me agunt alii? Ego meis me chartis involvo, nec aliud scutum, quam Patientie obijcio. Hoc ipso anno tam bellicoso ac turbulento, ego cum Archimede in meo pulvere circinâdo volutatus, Tribunal Christi, quod ante annos sexdecim dictione proposui, nunc litteris configno, & scripto in orbem evulgo. Atque unâ omnes, per Domini Jesu amorem obsecro, non ita curemus corpus, ut animam negligamus. Res terræ & temporis in minimis habendæ sunt: Vivamus Aternitati. Quid pupas & crepundia sectamur, quid fortunas & aurum struimus? Tribunal cogitandum, parandus illi animus, cælum indagandum est. Quæso, ne nimium pueri simus, & in solam perniciem nostram seduli. Studiosius animum ornemus, quam corpus; supremi Tribunalis potius, quam cruenti Martis incurtiones formidemus. Bello turbem his annis multi declinarunt; Tribunal iudicis supremi effugiet nemo. Jam nostrum omnibus propinquum, jam ad fores, jam proximum est. Hæc hæcenus lingua & calamo fidelis, puto, monitor. Sed apponamus clausulam.

§. I.

Anno Christiano millesimo quingentesimo quinquagesimo nono populabatur peltis Geldria. Eo tempore Arnoldus Hubertus natus, sed, contra quam solet hoc hominum genus, optima vitæ, nocte quadam moneri divinitus sibi videbatur, uxorem ergo excitans: Surge, inquit, ego vocor. Mox ante lucem ad templum unâ properant, & dum fores referantur, inter preces expectant. Admissi templo in preces ruunt. Sacramentis animum Arnoldus expiat. Ubi domum rediit, animo linqui cepit, & a sensibus alienari. Triduum ita jacuit, ut dubium fuerit, visis an mortuis annumerandus esset. Demum ad se rediens: Ubi, aiebat, fui, quæ & qualia vidi? Ab hoc tempore detinebatur affixus lecto, semestri spatio aeger. Homines opulentos ac nobiles, ut ad se revirescent vix admittebat, ridentes aut inania loquentes circa lectum non ferebat. Illud identidem usurpans: Nunc tempus nugandi non est. Ab hominibus plebeis & simplicibus adiri se non vetabat, quo eos facilius Dei timore imbueret. Nam & istud sapius ingeminabat: Vbi fui, quæ & qualia cognovi? Nunc

reverta